



# Disputatio juridica inauguralis de legatis

<https://hdl.handle.net/1874/341625>

DISPUTATIO JURIDICA  
 IN AVGVRALIS  
 DE  
**LEGATIS.**

Q V A M

Sub præsidio Numinis Divini.

*Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

D. PAULI VOET Lib. Art. Mag. & U. J. D.  
 Philoſophiæ Profeſſoris Ordinarii.

U T E T

*Ampliſſimi Senatus Academici conſenſu, & celeberrimæ  
 facultatis Iuridicæ Decreto.*

Pro gradu Doctoratus & privilegiis Doctoralibus  
 in U. J. conſequendis.

*Publicæ Eruditorum Censuræ ſubmittit,*

JOANNES FICHLAU de Inſtera-Boruſſus.  
*Ad diem. 30. Septembris horis locoque ſolitis.*



V L T R A I E C T I,  
 Ex Officinâ JOANNIS à WAESBERGE,  
 ANNO clō 13 c LII.

*Serenissimo, Celsissimo & potentissimo Principi*

Dn. FRIDERICO  
GUILIELMO.

Sacri Romani Imperii Archica-  
merario, & Electori Marchioni Brandenburgico &c.  
Duci Borussiae, Cliviae, Juliae, Montium, Stetini, Pome-  
raniae, Cassubiorum, Vandalorum, Carnoviae, Crofnæ &c. Burch-  
gravo Norico Principi Rugiae, Halberstadt & Mind: Comiti Mar-  
caë, Ravenspergi &c. Dinaltæ Ravensteinii &c. Domino suo cle-  
mentissimo salutem & prosperitatem æternam.

**S**erenissime ac potentissime Princeps Domine  
clementissime constitueram equidem mecum ut  
praxin juris universi succincta quadam disser-  
tatione comprehensam *Æterna* tui nominis  
memoria consecrarem sed temporis angustia exclusus Dis-  
cursum hunc ex Decreto superiorum solemnem, tuis auspiciis  
naturali atque legali obligatione qua tua Illustr. Celsitudi-  
dini devinctus sacrum esse jubeo Cui si serena facies cle-  
mentiae tuae affulserit: ad majora mihi calcar addet ea siqui-  
dem est virtutis natura; ut non nisi honoris alieni exemplo a-  
latur ex Symmachi judicio quo sublato virtuti, qua præcipua  
principatus columna: exitium imminere judicarunt Vete-  
res Sapientiae Antistites ex quorum decretis pauca hæc  
dedicationis loco sacris tuis in debitæ subjectionis tesseram  
sacra esse tuaque sereniss. celsitudini veram felicitatem ob-  
sequentissime precatam volo. Vale. Trajecti ad Rhenum.

30 Septemb. 1610

*Sereniss. Celsit. tuae*

Subject.

JOANNES FICHLAU.



In Nomine Domini nostri  
Jesu Christi ad omnes actus om-  
niaque Consilia semper progredimur.

L. 2. C. de Offic. præf. Prætor. Afric.

CONCLUSIO I.



Artes Testamenti sunt vel principales vel  
minus-principales & Accessoriæ, ut lega-  
ta & fideicommissa, quæ in testamento  
relicta naturam ejus induunt ceu Appen-  
dices quidam, arg. §. 10. *Inst. de fideicom.*  
*hæredit. Bart. Baldus Iason. Zasius ad Rubric.*  
*D. de legat. 1. Vacon. à Vacin. lib. 4. decla-*

rat. §. 2.

II.

Verùm quæ legatorum natura sit 1. ex definitione 2. Di-  
stinctione & Divisione. 3. Causis & principiis singularibus,  
4. demum oppositis eorum, manifestum redditur: singula  
hæc membra ut distincta consideratione expendamus, ratio  
præsentis Instituti ex igit.

III.

Finitur autem legatum, Donatio quædam à defuncto re-  
licta ab hærede præstanda. §. 1. *Inst. de legat. l. 36. D. de legat. 2.*  
*Donell. lib. 8. Com. jur. Civil. cap. 1. Tholosanus lib. 42. Syntag.*  
*jur. univers. cap. 32. n. 3. Cujac. in paratit. de legat. 1. Vultej. ad*  
*prim. Inst. de legat. n. 5. Arumans exerc. 9. d. 1.*

IV.

Ultima d. definit. verba, etsi à Veteribus libris absint, ea-  
que Theophilus Harmenopulus Accursius non adgnoscant.  
*vid. Iul. pac. Isagog. ad D. de legat. 1. lib. 30. f. 326. Duarenus Com.*  
*de leg. 1. Borchoit. de pactis c. 5. 39. Bronchorst. Cent. 3. Adferr. 5.*

*Waltber. 1. Miscell. c. 7.* à vulgatis tamen Codicibus jure retinentur; præterquam enim quod legatum à fideicommissò distinguant, *l. 9. C. de Fideicom.* juxta jus hæredis & legatarii in solutione rei servandum aperte demonstrant legatum siquidem cum idè de hæreditate delibatur, ut præstetur, necessè est ut id fiat ab eo qui eandem habet, & hæres est *l. 116. de legat. 1.* Legata enim non transeunt ad legatarium jure & tramite recto vere. *l. 44. §. 1. l. 86. §. cum servus de legata.* Sed tantum fictè *l. 64. D. de furt. l. 80. de legat. 2. Duarenus in l. 27. de legat. 1. Donell. lib. 8. Com. jur. c. 8.* idcirca ab hærede præstanda sunt. *§. 1. Instit. h. t. l. 36. D. de legat. Donell. 8. Com. jur. c. 1. & ibidem Hilliger in notis lit. G. Hunn. Var. Resolut. lib. 2. tract. 8. q. 1. Anton. Fab. lib. 6. Conject. c. 1.*

V.

Quæ cum ita sint, processus executivus institui non debet ut *Jason Sichardus & c. Interpp. ad l. fin. C. de Edict. D. Hadr. tollend. contendunt;* nec enim legata propria Authoritate occupare licet, nisi testationis voluntas hoc permittat, aut simul legatarius testamenti executor constituitur sit. *p. L. R. lib. 5. Tit. 8. A. 4. §. 5. Bart. Bald. l. 69. D. de legatis Alex. Jason l. ult. D. de Reb. cred. Eachin. lib. 5. controuv. c. 30. Coler. de process. executiv. part. 3. c. 2. n. 29. Cornei. Conf. 53. vol. 1. Menoch. de Adipisc. poss. Remed. 4. n. 693. Hartm. Hartm. præct. for. lib. 2. Tit. 42. Obs. 1. à Anton. Faber lib. 6. Conject. c. 1. Gomez. 1. Resolut. c. 12. & c. Myns. Cent. 5. Obs. 6. a. Hoen. disp. 10. §. 32. Trentler. disp. 18. vol. 1. §. 10. & disp. 14. vol. 2. Alex. Conf. 170. vol. 2. Ruin. Conf. 177. vol. 2.*

VI.

Divisio legatorum olim per quatuor legandi genera recepta, puta per Vindicationem, damnationem, sinendi modum & per præceptionem, *Vide in §. 2. Inst. Vlp. sit. de legat. 25. Cap. sit. §. 6. Paul. lib. 3. Sent. c. 8. Theophil. paraphr. ad §. 2. Donell. lib. 8. Com. Jur. Civil. c. 3. Tholosam synt. jur. lib. 42. c. 32. Althus. lib. 5. Dic. cap. 53.* Verborum autem Solennitatibus sublatis ex *Const. Sacratissimorum principium. l.*



21. *C. de legat. differentia quoque legatorum sublata omnibusque & singulis legatis una natura tributa est l. 1. 2. 2. C. Cem. de legat. Fachin. lib. 5. c. 56. Duarenus Alciatus ad l. 1. D. de legat. 1. Donell. 8. Com. 2. Auton. August. lib. 3. emmendat. c. 9. Robert. lib. 2. Sent. c. 23. Gov. var. lect. c. 29. Cujac. lib. 8. Obser. c. 4. p. Greg. Tholos. lib. 42. Syn. jur. cap. 32. Coras lib. 5. Misc. c. 17.*

### V I I.

Quibuscunque igitur verbis res legata fuerit, nihil refert modo colligi possit, quæ res legati nomine Cuique deputata sit l. 2. *C. Comm. delegat.*

### V I I I.

Cujus rei evidentia cum maxime deprehendatur ex proprietate verborum *t. C. 38. de V. S. lib. 6. & conjectura voluntatis ultima præsumpta l. 19. § 1. l. 16. C. de Fidei com. & c. circumstantiis Courad. lag. part. 2. Meib. jur. cap. 55. Vultej. lib. 1. jur. c. 77.* hinc nihil magis testatori cavendum erit, quam ne verba aut mens incerta & Ambigua sit, nam scripta, si non perspicue intelligantur perinde habentur, ac si scripta non essent. l. 2. *D. de his quæ pro non scripti habent.*

### I X.

Mens quoque testatoris incerta, quæ ex incertitudine rei legatæ præsumitur, vel in genere generalissimo aut subalterno consistit & deputationem legati reddit incertam, nonnunquam & irritam. V. G. Si quis ita forsan legatum constituat: Volo Titium habere fundum, nec adjiciat quem fundum, aut quantam ejus partem, non consistet legatum, utpote quæ contineri debet certa specie, aut quantitate, aut factio *l. cum. post. D. de jure Dot. l. 71. D. de legat. 1. Donell. lib. 8. Com. jur. civ. c. 9. Menoch. lib. 4. præsumpt. 106. § 151.*

### X.

Principia jus legatorum concernentia tam intrinseca quam extrinseca determinantur, 1. Causa Efficiente. 2. Materia. 3. Objecto. 4. Forma vel ratione Formali.

A 3

Causa

incan iteldol muparol XI. *up an... lib. 30. 31. 32. 33. 34.*  
Causa Efficiens legatorum à qua proficiuntur, est per-  
sona, cui jus est Testamenti faciendi. *l. 2. D. de legat. 1. l. 1. D.*  
*de legat. 3.*

XII.  
Materia quæ legari potest, est Res vel actus in commercio  
hominum existens, §. 4. *Inst. h. t. confer. lib. 30. 31. 32. 33. 34.*  
*D. 1. vel quæ in commercio hominum esse possit, uti sunt ju-*  
*ra servitutes, Actiones, §. 21. Inst. h. t. African. in l. 43. D. de*  
*legat. 1. l. 1. D. de Vsu & Vusufr. legat. L. R. d. T. 8. A. 2. §. 4. Paul. lib.*  
*3. sentent. c. 8. Quæ enim extra commercium hominum sunt,*  
*legatis non dantur, l. 4. 1. D. de legat. 1. nec contractibus*  
*transferuntur l. inter stipulantem §. sacrum rem D. de V. O.*

XIII.  
Unde Res, quæ in rerum natura non sunt. *l. 34. §. omnium*  
*D. de Contrah. empt. & Vend. l. 185. D. de R. I. nec futuræ spe-*  
*rantur. l. 49. D. de legat. 2. Harprecht. ad §. 7. Inst. h. t. Fol. 88. vel*  
*jure aut Religionis Decretis humano commercio sunt exem-*  
*ptæ, ut res sacræ, sanctæ; Religiosæ, publicæ, Universita-*  
*tis 2. Inst. de Inutil. stipul. Paul. l. 83. D. de V. O. l. 1. §. 9. & 10.*  
*D. de obl. & Act. inutiliter legatis transferuntur.*

XIV.  
Inutile quoque habetur legatum rei alienæ cujus commer-  
cium hæres non habet, quamve adipisci nequit. *l. 39. §. 1. de*  
*legat. 1. in tantum ut nec æstimatione inde debeatur l. 49. §. la-*  
*bro D. de legat. 2. Ant. Matth. disp. 9. de success. th. Ab In test. 2.*  
*Donell. l. 34. de O. Oblig. & 8. Com. II. Par. Cent. 6. Antim. 6.*  
*Bronchörst. Cent. 3. Adfert. 46. VVesemb. ad §. 4. Inst. h. t. Borch-*  
*holz ibidem n. 4. l. 10. C. h. t. Gædd. de contrah. & committ. stipul. c.*  
*6 concl. 10. num. 113. & c.*

XV.  
Alias si testator sciens rem alterius Dominio subjectam;  
legaverit, eandem redimere, & præstare, aut si hoc efficere  
non valeat, æstimationem ejus dare tenetur §. 4. *Inst. l. 39.*  
*§. 7.*



§. 7. *D. de legat. 1. l. 11. §. 16. l. 1. 40. ult. l. 30. §. ult. D. de legat. 3.*

X V I.

Sicut quoque rem pignoris nexu creditori obligatam, si fuerit legata, necesse habet hæres eam luere §. 5. *Inst. ibi. Dr. Harpr. comm. Fol. 74. 75. 76. l. 57. de legat. 1. D. l. 6. C. de Fidei com. l. 21. de probat Paulus 3. Sent. 1. 9. Carpzov. decis. Illust. Sax. 20. Fac. lib. 12. c. 34.* toties enim voluntas testatoris servanda videtur, quoties commoda quadam explicatione eventum fortiri potest. §. 11. *Inst. 1. l. 5. D. de Testam. quemadm. aper. l. 1. C. de Sacro Sanct. Eccles.*

X V I I.

Inutiliter demum legatur res legatarii propria. *l. 39. l. 41. D. de legata. l. 66. D. de legat. l. 13. Ch. t. quæ cum jam ipsius sit amplius ejus fieri non potest. §. 10. Inst. h. t. l. 4. l. 1. §. 7. D. de legat. 5. l. 13. C. h. t. & si maxime fuerit Alienata, vires enim cum ab initio non habuerit legatum l. 41. D. de legat. 1. tractu temporis non convalescet. l. 29. l. 201. l. pen. D. de R. l. Bart. in l. 1. D. de Regul. Caton. Cujac. Dn. Regn. Hortoman. & c. ad §. 10. Inst. h. t. Donell. 8. Com. jur. c. 13.*

X V I I I.

Sententia hæc nostra maxime locum habet in legatis puris ex Responso *Vlpiani. in l. 41. §. tractari in fin. D. de legat. 1. minime in conditionalibus judicio Celsi in l. 1. §. 4. D. 4. ibid. de Reg. Catoniam Harprecht. Com. ad §. 10. Inst. h. t. fol. 105. Donell. lib. 8. Com. c. 10. Cujac. lib. 4. Obs. 5. & lib. 14. cap. 4. Hortoman. lib. 4. Observ. c. 4. Goveann. lib. 2. var. c. 29. Pacius. 6. Antin. 7.*

X I X.

Eodem jure legatum rei, quæ evictioni subsit, vel evinci possit nulla ratione consistet *Bart. & gl. in l. 17. D. de legat. 1. Donellus §. Rursus. Inst. de Act. l. 87. §. si ex bonis delat. 1.*

Objec-



Objectum sive ille cui legatum relinquitur, est persona, cui aliquid jure relinqui potest, cujus conditionis juris nostri dispositione cuncti reputantur, quibus cum testamenti factio est. §. 24. *Inst. h. t. l. 12. §. 2. l. 101. §. 1. delegata.* de his late *Bart. Baldus. Jason Zafius Eugin. Baro & c. Inepp. ad Rubr. de heredib. Instituent.* Testamentum enim cum juris Civilis sit, ideoque in iis non possunt legata relinqui nisi iis cum quibus jure Romano Testamenti factio est *D. Cyp. Regn. Cens. Bel. ad §. 24. Inst. delegat. fol. 357.*

## XXI.

Conditio autem hęc personę ut legati, capax habeatur spectari debet Tribus temporibus, Testamenti scit. facti, mortis testatoris, & cum primis quando hæres hereditatem adit. §. 32. *Inst. l. 1. l. 2. D. de Reg. Caton. l. 32. l. 80. de legat. 2. Dn. Hotom. 2. Observ. 3. Donell. 8. Com. c. 6. Conrad. lag. part. 2. Meth. jur. c. 55. Tholos. lib. 42. c. 43.*

## XXII.

Ceterum personam hanc certam esse oportet. Consilium enim testatoris certum esse debet. *Vlp. l. 23. qui hered. Instit. §. 3.* In certis enim personis neque legatum neque Fidei commissum relinqui posse, Certissimi juris Veteris est §. 25. *Inst. h. t. Vlp. de legat. 25. §. 17. Paul. 3. Sent. T. 6. & Nov. est Joann. à Sande lib. 4. Tit. 4. definit. 1. præterquam ad pias Causas jure municipali nostro L. R. lib. 5. T. 8. ff. 1. §. 4.*

## XXIII.

In certa autem persona non statim intelligitur, & si testator in nomine, cognomine, prænomine, Agnomine legatarii erraverit, dummodo ex aliis indiciis vel demonstrationibus, vel alias ex eventu certificari possit. §. 29. *Inst. l. 1. Inst. ibi Interpp. l. 4. C. de Testam. l. 9. §. 8. D. de hered. Inst. l. 8. §. 2. de B. P. ST. l. 34. D. de Condit. & demonstrat. L. R. d. t. 8. A. 3. §. 11. Menoch. lib. 4. pres. 107. n. 10.*

Nec

## XXIV.

Nec tantum Uni, Sed & pluribus res legari potest vel conjunctim vel divisim, imo & toti collegio, civitati, universitati recte legatur. *l. 73. l. 117. l. 122. D. de legat. 1. l. 8. C. de hered. Instit. l. 1. C. de Incert. person. Nov. 131. c. 11. Mantica de conj. V. lim. volunt. lib. 8. T. 5. Menoch lib. 4. pres. 111. & 125.*

## XXV.

Si Tamen res aliqua duobus vel pluribus legata fuerit si-  
ve conjunctim si-ve disjunctim si ambo perveniant ad lega-  
tum scinditur inter eos legatum. *l. 33. D. de legat. 1. l. 85. D. de legat. 1. l. 80. de legat. D. 3. l. 89. D. cod. l. 23. s. 1. C. h. t. l. unio. s. 10. & 11. C. de Caduc. tollend. si alter deficit, quia aut lpre-  
verit legatum, aut vivo testatore decesserit, vel, alio quo-  
cunque modo decesserit totum jure Adcrendi ad Colle-  
gatarium pertinebit. *l. unio. s. 11. l. 41. pr. l. 80. D. delegat. 1. l. 16. s. ult. de legat. 1. de quo jure & rationibus vide Vlp. l. 34. D. delegat. 1. Francisc. Duarenus Integris duobus libris Go-  
vean. Troct. singular. Bart. Bald. Saly & Jason Alex. Bolog. Com. ad l. 89. de legat. 3. Donell. lib. 7. Com. c. 13. P. Greg. Tholos Synag. jur. lib. 46. T. x. & xi. Cujac. lib. 24. Observ. c. 34. L. R. lib. 5. T. 7. A. 2. s. 3. Dn. Regnerus Cens. Bel. ad s. 5. Inst. F. 295.**

## XXVI.

Forma legati est Causa demonstratio, Modus, conditio,  
circa legatum incidens. *l. 19. l. 33. l. 101. s. 2. & tot. t. t. D. De  
condit. & Demonstr.*

## XXVII.

Causa est ratio legandi impulsiva, quæ testatorem impu-  
lit ad legatum relinquendum, Veluti Titio, quia negotia mea  
gessit, decem dolego, quæ si legato adjecta fuerit, etsi falsa  
sit, legatum vel fideicommissum non perimit. *s. 31. Inst. h. t. l. 17. s. 2. & seq. l. 72. s. 6. D. de Cond. & demonstr. & t. t. 44. C. de falsa Causa adjecta legato vel fideicom. lib. 6. quia ut elegan-  
ter inquit Papinianus, ratio legandi legato non cohæret, id  
est,*

B

est,



est, quia legati vis & substantia ex testatoris voluntate dependet, sine ulla causa consistere potest. l. 72. §. D. 6. de condit. & demonst. Harp. Com. ad §. 31. Inst. h. t. fol. 284.

XXVIII.

Demonstratio quoque rei legatę ut ut certius reddat legatum, si falsa tamen fuerit, non statim illud perimit, dummodo de corpore & voluntate defuncti constet. §. 30. Inst. h. t. l. 17. l. 33. l. 40. D. de Cond. & Demonst.

XXIX.

Modus nihil aliud est, quàm causa finalis propter quam legatur, qua certi quiddam ab eo requiritur faciendum, cui per legatum aut fideicommissum aliquid relictum est. Veluti lego Titio decem, ut opus faciat. l. demonstratio §. ult. D. de condit. & demonst. hæc conditioni legato adjuncta æquipollet, quia aliter legatarius non potest legatum consequi, quam si modum à testatore adscriptum implere velit. l. 1. & l. 1. C. de his quę sub modo legata ne fideicom. relinqu. Differt autem in eo quod legatum sub modo relictum statim possit peti præstita cautio ne de faciendo eo quod postulatur Barr. ad l. 40. §. ult. D. de Condit. & dem. Cum dies legati conditionalis non cedat nisi conditione existente l. liberta §. cuius D. legat. l. si tibi legat. D. de legat. 3.

XXX.

Conditio autem circa legatum incidens voluntatis quædam suspensio rectè dicitur suspendit enim eandem in futurum eventum alicujus rei l. 1. & l. 46. C. de condit. Inceris tam legatis quam fidei commiss. & libert. lib. 6. qua existente legatum debetur. l. 8. D. quando dies legat. ced. l. 44. D. §. ult. de condit. & demonst. l. 2. C. de hisque sub modo legata vel fidei com. relinquunt. deficiente perimitur. l. 10. D. de Condit. & demonst. l. 3. C. de condit. Insert. ni natura vel facto, jure & lege impossibilis sit, probrosa & contra bonos mores, hæc enim pro non adjuncta habetur. §. 16. Inst. h. t. l. 15. D. de cond. Inst. l. 104 §. 1. D. delegat. 1. P. Gregor. Th. los. synt. jur. Vniv. lib. 42. cap. 32. num. 36, 37 & seqq. Conrad. lag Meth. jur. part. 2. cap. 57. Alibus.

*Althuf. Dic. lib. 1. cap. 53. Vultej. lib. 1. juris p. c. 76.*

XXXI.

Ut & ea quoque, quæ ipso jure remittitur Cujusmodi Nobilissima ista viduitatis conditio ex Constitutione Justiniani, qua conditionem viduitatis sive mari sine fæminæ imposita fuerit lege Julia Miscella sublata penitus remittit. de qua lib. 6. C. t. 40. de Indicta viduitate & de lege Julia Miscella tollenda Cujac. Perez. Sichard. in C. eodem Vultej. d. lib. 1. c. 76. f. 448. p. Greg. Thol. Sint. jur. Vniuers. liq. 42. cap. 32. num. 47. Dn. Ant. Math. disp. 12. de success. ib. 5. Anton. Gabriel lib. 3. Tit. de Secund. Nupt. concl. 9. Althuf. lib. 1. Dic. cap. 142. num. 19. Fol. 507.

XXXII.

Legatorum opposita, vel illud plane tollunt triplici modo per Ademptionem translationem, extinctionem, vel minunt, ut lex Falcidia.

XXXIII.

Ademptio legatorum est eorundem pertestatoris pænitentiam revocatio *Corvin. Euchrid. Inst. Imp. Fol. 205.* legata siquidem adimuntur vel revocatione expressa in eodem testamento vel codicillis facta *pr. Inst. hic. de Ademp. legat. lib. 7. T. 21. l. 4. l. 13. l. 17. §. 12. D. de Adim. vel Transf. legat. Tit. 4. lib. 34. Donell. 8. Com. c. 17.* Vel tacita propter inimicitas capitales ortas *l. 22. l. 3. §. fin. D. eod. 2.* Alienatione facta animo adimendi legatum *§. 12. Inst. de legat. l. 1. 8. D. h. t. 3.* deletionem Tabularum quoad legata *l. 1. §. 3. D. de his qua in Test. del.*

XXXIV.

Quæ si hac ratione adempta fuerint, penes hæredem suum cum onere remanebunt. *l. 19. D. h. t. nisi specialiter ad alium fuerint rranslata §. 1. Inst. h. t. l. 5. D. h. t.* In translatione enim legatorum non res, sed persona tantum mutatur. *arg. d. l. 5. D. de Adim. vel transf. legat. §. 1. Inst. h. t.* hoc est legata iisdem oneribus & conditionibus transeunt quibus priori fuere reliqua. *Bart. & c. Interpp. ad l. 13. D. Aliment. vel cib. legat. l. 24.*



l. 30. D. de Adim. vel transferend. legat. Ruinus Conf. 52. n. 7.  
lib. 2. Menoch. lib. 4. pres. 174. n. 2. 3. tom. 2. Alex. consil. 66. n.  
4. liq. Dec. cons. 90. n. 6. Mantie. lib. 12. de Conject. Vltimar.  
Volunt. Tit. 3. num. 3. Cephal. Conf. 67. n. 13. lib. 1. paul. Casta-  
cons. 326. n. 2. l. 1.

XXXV.

Extinguuntur legata 1. mortuo legatario ante Testa-  
torem. l. unic. C. de ladic. toll. 2. cum res legata ad legatarium  
jam ex alia causa lucrativa pervenit. §. 6. Inst. de legat. 3. De-  
fectu conditionis legati l. 2. D. de Condit. & demonst. 4. Ac-  
quisitione servi cui legatum relictum est l. 3. §. 1. D. de hic  
que pro non script. 5. Interitu rei legatæ vel exemptione ex  
hominum commercio sine dolo vel culpa heredis §. 16. Int.  
de legat.

XXXVI.

Minunt legata lex Falcidia ut enim Fidei commissis  
SCtum Trebellianum, §. 4. & 5. Int. h. t. ibique Schneid. &  
Interp. l. 1. c. 1. t. t. D. & t. t. 48. lib. 6. C. ad SCtum Trebellian.  
Vlt. Tit. de fidei com. p. 6. §. 12. & 13. T. de legat. 25. §. 23. paul.  
4. sen. T. 3. l. C. ad l. 9. Falcid. Guid. Papa. decis. 466. Bart. An-  
gel. Cynus Iason Alex. Bald. l. 1. §. 2. D. ad SCtum Trebell. Thol.  
lib. 42. Syn. jur. c. 31. Vult. lib. 1. jurispr. c. 73. f. 416. Donell.  
7. Com. c. 29. & 3. Anton. Gabriel. concl. 1. & seqq. lib. 4. tit.  
ad Trebell. Franc. Mantica de Conject. ultim volunt. lib. 7. tit. 11.  
Intrigliol. q. 71. C. en. 3. de substic. Althus. 1. Dic. c. 57. Conrad.  
Lagus art. 2. c. 56. Meth. jur. Hostom. 11. obs. 5. Duaren Com.  
ad l. Falcid. c. 8. Fab. Conj. 4. & 5. Govean ad l. 91. D. ad l. Fal-  
cidi. Fach. 5. Contr. 15. Aliat. 6. parad. 4. Sic. sic legatis 1.  
lex Voconia & Furia Theoph. ad pr. Inst. de lege Falcid. Cic. 2.  
de Finibus. 1. Accns. in Verr. Dion. lib. 56. Gell. lib. 17. D. Aug.  
lib. 3. de C. D. cap. 2. 1. demum lex Falcidia modum imposuit,  
qua cautum, ut hæres, aut si plures instituti, quisque ex sua  
parte §. 2. Inst. de l. Falc. l. 77. vel ad l. Falcid. hereditate quæ  
logatis exhausta aut supra modum legatis onerata est, quar-

tam partem totius hereditatis detrahere vel defalare possit.  
*pr. Inst. ad l. Falcid. Tit. 22. lib. 2. l. 67. l. 71. l. 73. D.*  
*ad l. Falcid. t. 2. lib. 25. & t. r. C. 49. Eod. 76. Nov. l. 1. Au-*  
*thor. ad Heren. l. 1. Dio. Cassius. Lib. 48. Inst. Appian. Dio.*  
*in August. c. quandam 2. dist. Donell. lib. 8. Com. 226. & ibi Hilli-*  
*ger. in Noris. lit. G. & H. lib. 7. c. 30. Cujac. lib. 8. obs. 4. Duarenus*  
*in Com. l. in quartam D. ad l. Falcid. Arum. exerc. 9. just. th. 17. Fa-*  
*ch. lib. 5. controu. c. 15. Althus. 1. Dic. c. 57. Vult. 1. jurisp. c. 76.*  
*Anton. Fab. lib. 6. conject. c. 1. & 3. Conrad. lug. part. 2. Meth. jur. c.*  
*55. Tholos. lib. 42. Synag. jur. cap. 34. Bart. in l. 1. D. ad leg. Falc.*  
*ibique pac. VVesemb. Cujac.*

XXXVI.

Quæ detractio in omnibus legatis locum habet præter-  
 quam in legatis ad pias causas, *arg. Nov. 131. Auth. similiter*  
*C. ad l. Falcid. l. 49. C. de Episc. & Cleric. Gail. 1. Obs. 119. Forner.*  
*lib. 2. Select. c. 25. Fach. lib. 5. controu. c. 17. Hæn. disp. th. 8. Cujac.*  
*ad lib. 4. Sent. Paul. T. 3. Tiraq. Tr. de privileg. pia causa priv. 26.*  
*Duaren. in Com. ad l. Falcid. c. 8. Alth. Dic. 1. c. 57. Vult. 1. jur. c.*  
*76. Treutl. disp. 14. th. 5. ad lit. P. quæ sententia communiter*  
*recepta verum Vlp. l. 1. §. ad municipium D. ad lege Falcid. a-*  
*perite respondit, etiam Deo legata per falcidiam minui, nec id*  
*Responsum ulla nova constitutione antiquatum sit, manife-*  
*stum redditur, communem hanc Dd. opinionem a lege veri-*  
*alienam esse. Vid. Cujac. ad Nov. 131. Dn. Anton. Matth. disp. 13.*  
*de success. th. 12. Rittersh. part. 6. Nov. cap. 5. num. 3. Giphani. l. 7. C. ad*  
*l. Falcid. Forner. 2. selectis. 25.*

XXXVII.

Legi Falcidix verò tum demum locus relinquitur si pri-  
 mo deducatur æs alienum. *l. 6. C. b. r. l. 8. 7. §. 2. D. eod. Quintil.*  
*declamat. 273. Item funeris impensa l. pen. D. de Religios. &*  
*sumpt. funer. quæ cum ære alieno multo magis legato potior,*  
*l. 5. C. de Relig. & sumpt. funer. arg. l. 14. §. 1. D. de Relig. &*  
*sumpt. funer. P. Gregor. Thol. Syn. jur. lib. 42. c. 34. num. 16. 17.*  
*18. f. 1031. Althus. Dic. lib. 1. c. 57. num. 4. f. 200. Vultej. lib. 1.*  
*jurisp. c. 76. fol. 400.*



## XXXVIII.

Cum autem lex Falcidia liberam de Rebus suis disponendi facultatem vivis concessam morientibus adimat, quas tamen religiose conservandas Reip. expedit. *l. 1. C. de sacro sanct. Eccles. tanquam invidiosa apud quasdam Gentes damnata est vid. Baro Schult. ad prin. Inst. ibique Dn. Cyprian. Regner. in Cons. Belgic. Fol. 371. Apud quasdam ne testatores intestati morderentur quod lugubre l. 6. D. de Interf. & hæredes sine lucro adirent hæreditatem pr. Inst. h. t. l. 71. th. cod. junct. l. 15. s. 1. & ult. th. cod. recepta Gudslin. de jure Nov. lib. 2. c. 11. Grot. Introd. ad jurisp. Holland. lib. 2. c. 23. moribus nostris vix Usum aliquem præstat.*

## XXXIX.

Legatis Affinia sunt, primo Fideicommissa singularia quibus singulæ res relinquuntur. *Vlpian. Tit. de legatis s. 19. Cajo Tit. 7. lib. 2. s. 3. Inst. de singul. Reb. per Fideicommiss. relict. l. 5. s. 1. D. delegata, l. 9. C. de fideicommiss. quæ legatis sive de Actionibus quæramus, sive de viribus relictæ & modo relinquendi, omnino exæquata sunt, ut sola verborum formula hodiè differant Gl. in l. 1. l. 2. C. de legat. s. 3. Inst. de legat. l. 2. C. Comm. de legat. Cujac. in Parat. D. de legat. 2. s. lib. 8. Obs. c. 4. VVesemb. ad s. 3. s. 4. Inst. ibique Hotrom. & c. Jurisp. Govean. var. lect. c. 29. Alciat. & Duar. in l. 1. th. de legat. idem lib. 2. disp. c. 9. P. Greg. Thol. lib. 42. Synt. jur. cap. 32. n. 55. Dn. Anton. Matth. disp. 10 th. 1. f. 11. Robert. lib. Sent. c. 23. Donell. lib. 8. com. c. 2. Quare pleræque jura legatorum ad Fideicommissa trahenda sunt; nam ea tam legibus quam titulis & inscriptionibus conjunguntur, tanquam eaque continentur eodem jure, Conrad. larg. part. 2. Meth. lur. c. 55. fol. 250.*

## XLI.

Maximum etiam cognationem cum legatis habet Donatio mortis Causa facta. *l. 5. R. lib. 4. T. 9. s. 1. Tit. 7. lib. 2. Inst. ff. lib. 39. T. 6. C. lib. 9. T. 57. ibiq; Interpp. Covarr. part. 3. Rub. de Test. Tirag. 9. l. 5. n. 68. de ll. Connub. Donell. lib. 8. c. 7. Tholos. lib. 41.*

Synt.

*Synt. jur. c. 2. Althus. lib. 1. Dic. c. 51. Vultej. 1. juris p. c. 76. Anton. Fab. ad lib. 8. C. Tit. 39. de fin. 1. cum qua inquam, tanta legatorum Affinitas & cognatio existit, ut Modestinus etiam legatum definierit quod sit donatio in testamento relicta l. 3. D. de legat. 2. Conrad lag. Meth. jur. part. 2. cap. 55. f. 250. p. Greg. Tholos. lib. 41. Synt. jur. c. 2. num. 4. Fol. 1039. Tiraq. de ll. Conub. 9. l. 5. n. 68. & ad exemplum legatorum re dacta sint per omnia §. 1. Inst. h. t. Iustinian. in l. ult. C. de Donat. Causa mort. Cujac. lib. 10. Obsc. c. 28. Donell. lib. 8. Com. c. 7.*

## XLII.

Hæc cum fiat propter mortis suspicionem, §. 1. *Inst. h. t. l. 2. l. 4. D. l. 31. §. 2. l. 35. §. 2. D. de donat. mort. Caus.* hinc non nisi morti subsecuta irre vocabilem sortitur effectum. *Vultej. lib. 1. jur. c. 76. f. 436.* Cateroquin sin ea non fuerit subsecuta, tum restitutione valetudinis, *l. 1. 19. l. 23. l. 24. l. 26. l. 29. l. 35. §. 1. & 2. l. 39. D. de mort. Causa donat.* tum pœnitentia donantis, *l. 35. §. 1. & 2. l. 16. D. d. r.* tum morte donatarii ante donatorem mortui revocatur & in firmatur, *L. R. lib. 5. t. 9. A. 2. §. 1. l. 35. §. 4. in fin. & l. 13. D. eod. Alth. lib. 1. Dic. c. 52. n. 18. Cujac. lib. 20. Obsc. 6. & in hoc donatio mortis Causa à Donatione inter vivos facta r. r. C. de Revocand. donat. Donell. lib. 14. Com. jur. Civil. cap. 27.* Tum etiam à legatis separatur quod Coronidis loco moneo vide *P. Gregor. Tholos. Synt. jur Vniv. lib. 41. c. 2. per l. Seja. §. fin. & l. ubi donatur D. de Mortis Causa. donat.*

## Corollaria.

I.

**N**UM. Princeps Il. Solutus sit? sic videtur per l. 31. D. de ll.

II.

Num princeps sub lege Imperii sit, dubitari potest. **Num**



*Num vi & effectu l. istius teneatur variis  
rationibus disputari solet.*

I V.

*Num princeps in jus vocari possit. Magnae  
Authoritatis viros exercuit.*

V. IX

*An status Imp Rom. Germanicus monarchi-  
cus an mixtus? posterius dixerim.*

V I.

*Num Aristocratia ibi praedominetur. jus &  
praxis distinguunt.*

V I I.

*An. pont. Rom. prerogativa & Regimen  
externum possit defendi ex jure Civili  
ita videtur.*

V I I I.

*An pont. primatus fundetur in primatu pe-  
tri. Neg.*

I X.

*Num Petrus princeps Apostolorum fuerit.  
Aff.*

F I N I S.